

Illud ~~Can.~~ **S**onet vox tua in auri-
bus meis. Vox enim tua vox beatis
Dicit ~~at Aug.~~ q. sonus tripliciter
fit: aut pulsus sic in cithara & psal-
terio: aut flatu: sicut in organo: &
cantu sicut in voce. Iste triplex so-
nus in celesti patria resonabit. Sonus
enim qui fit cum pulsu: sic in citha-
ra & psalterio significat dulcissimam
xpi allocationem. Ipse enim est que-
dam cithara & psalterium. Iuxta il-
lud ps. Surge psalterium & citha-
ra etc. Psalterium enim sonat a su-
periori: cithara ab inferiori. Illa
ergo vox xpi est suavissima: que
precedit a psalterio diuine nature
que est natura superior & a citha-
ra humane nature que est inferior.
Sonus qui fit cum flatu sicut in orga-
no signat sanctorum laudem qui fue-
runt spiritus sancti que spiritus sanctus per ip-
sum sicut per organum est locutus.
^{1.} ~~Deus~~ Spiritus sanctus inspirati locuti
sunt dei sancti homines. Ipsi ergo sancti
spiritus sancto inflati in laudem & gra-
tiam actiones preumpent. ~~Et ap. 1. cor.~~
Gaudium & leticia inueniet in ea.
gratum actio & vox laudis. Sonus
qui fit cantu: sic in voce significat
angelicam iubilationem. De qua de
Job. xxxv. Vbi eras cum me lau-
darent astra matutina: & iubila-
rent omnes filii dei. Iste ergo triplex
sonus in celesti patria audietur.
Unus qui cantur a voce xpi dulcis-
sima: alius qui cantur in iubilatione
angelica: & tertius qui cantur ab
gratum actione & laude humana

ps. 56.

Istud ei est officium omni sanctorum
& angelorum. Continue laudare
deum. ~~Aug. in li. de ciui. dei.~~ Vbi va-
cabimus & videbimus: amabimus
& laudabimus. Ecce quid erit in fi-
ne sine fine. ~~Pa.~~ quis alius? non ster-
est finis: nisi puenire ad regnum
cuius non est finis. In isto ergo
opus nostrum finiamus rogantes ut fi-
cut fuit finis nostrum laborum sic
dignetur esse finis nostrum deside-
riorum: qui sine fine videbitur: sine
fastidio amabit sine fatigatione
laudabitur: hoc munus. Hic affe-
ctus: hic actus: perfectio erit omnium.
sicut ipsa vita erit communis. Ad il-
lum finem perducatur nos ille qui est
principium & finis: qui sine fine vi-
uit & regnat in secula seculorum.

~~Explicit sermones pulcherrimi
et floridissimi de tempore per annum
domini Jacobi voragine ordinis pre-
dicatores quondam episcopi Jamentis~~

~~Et sic finis laus xpi nescia finis~~